

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus

Caput 17: De oratione (3)

Bernardus:

Ora, frater, instanter ora
quia ille dicitur habere tunicam novam commixtam sanguine,
qui carnem suam nutrit de pauperum sudore,
quando nobis ista bona proveniunt.
Graves ergo pro eis effundite gemitus,
alioquin que hic in deliciis comeditis, in tormentis evometis.

Ait enim Bernardus:

«Ora, frater, instanter ora,
quia ille dicitur habere tunicam mixtam sanguine,
qui carnem suam nutrit de pauperum sudore.
Cantando nobis, inquit, ista bona proveniunt;
graves ergo pro eis effundite gemitus,
alioquin quod hic in deliciis sumitis in tormentis evometis».

Bonaventura, *Regula nouitorum*, 2.6 (Opera omnia 8,
P.A. Lauer ed., 1898, p.478).

Propterea, sciens quoniam in oratione datur bona voluntas,
cum videris quae agenda sunt,
ut convalescas ad agenda quae videris,
ascende tu ad orationem;
ora instanter, ora perseveranter,
sicut ille pernoctabat in oratione,
et dabit Pater bonus spiritum bonum petenti se.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in ascensione Domini*,
4.11 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,
p.147, ll.3-6).